

VERS. 7. — HABEBAT AUTEM SALOMON DUODECIM PRÆFECTOS SUPER OMNEM ISRAEL. Diviserat Salomon, ut ex consequentibus manifestè liquet, regnum totum in duodecim præfecturas, quas Persæ satrapias appellant, quibus totidem præposuit viros, qui in regiam cellam, ad mensarum instructum, necessaria suo quique tempore conferrent; cùmque duodecim mensibus convertatur annus, pro singulis mensibus singulos quoque constituit annonæ curatores. Quo consilio æquale omnibus imponebatur onus, neque una regio de sitarcharum iniquitate queri posset, cùm quid in mensarum sumptus conferendum esset, singulis mensibus esset constitutum, et quantum illud esset, nemo ignoraret. Quærit Abulensis quæst. 5, quid faciendum cùm annus tredecim constaret mensibus, quod necessariò contingit quarto quoque anno, cùm Hebræorum menses, quos lunæ cursus definit et complet, undecim diebus sit minor anno solari; quare necessarium est sæpè mensem unum intercalari, à quo id habet annus ille, ut tredecim constet mensibus. Et respondet regionem unam non magis ideò gravari, quàm aliam, sed tantùm mensium ordinem mutari. Nam quæ antea mense primo suppeditabat in regiam mensam sumptus, illa sequenti, id est, secundo mense hoc ipsum præstabat; quod de aliis etiam omnibus intelligendum est. Mutato itaque mensium ordine, cætera eodem semper cursu progrediebantur. (1)

VERS. 11. — TAPHETH FILIAM SALOMONIS HABEBAT UXOREM. Hic Salomon sine dubio rex fuit, de quo nobis sermo. Quid enim socer hic nominaretur, cùm de aliorum nuptiis nullus sermo, nisi magna illi accresceret de regis affinitate commendatio? Ex quo constat, sicut

quæ solvebantur à provinciis subditis, et tributo obnoxii. Sed hæc explicatio, quantumvis litteralis videatur, difficultatibus tamen non caret. Legitur enim capite sequenti, Adoniram præfuisse iis, qui curabant opera montis Libani; quam ad rem exprimendam eadem occurrit Hebræa vox, quæ hic redditur *tributa*. Certum proinde teneo, Adoniram præfuisse operis, ut sub ejus manu essent triginta millia opificum, quos rex impenderat eruendis lapidibus è monte Libano, cædendisque in usum templi lignis; præfuisse pariter cæteris operibus, quæ rex suscepit, tum ædificandis regiis ædibus, tum urbe Jerosolymâ ornandâ.

(Calmet.)

(1) Sed quorsùm hæc? Nonne planius est, si reputemus, annos lunares sub Salomone nondùm apud Israelitas obtinuisse, ut ea supputandi ratio nonnisi diù post cœperit?

(Calmet.)

antea dicebamus, aliqua hic dici per anticipationem, cùm hoc tempore filiam Salomon habere non potuerit conjugio maturam. Idem statim dicitur v. 15, de Achimas, qui alteram Salomonis filiam duxit uxorem. Sed hæc, ut dixi, anticipatâ narratione retulit historicus, qui multò post hæc tempora ex verbis dierum Salomonis sacram concinnavit historiam.

VERS. 15. — IN OMNI REGIONE ARGOB, QUÆ EST IN BASAN, SEXAGINTA CIVITATIBUS MAGNIS, ATQUE MURATIS, QUÆ HABENT SERAS FERREAS. Basan regio est, juxta sui nominis notationem, ubertatis eximiæ, in tractu Galaaditano, ubi regnârunt duo principes ex Chananæo genere, Sehon, Rex Amorrhæorum et Og Rex Basan. In eâ fuit Argab, ut habes Deut. cap. 3. Ut autem hæc uberrima fuit, sic etiam civitates habuit frequentes, et lautas, quas habitârunt olim viri fortissimi, atque ideò vocata est terra gigantum. Hæc porrò civitates sic dicuntur egregiè munitæ, ut ad cælum usque illarum mœnia hyperbolicâ formâ dicantur attolli. Sic Deut. 1, v. 28, de quibus sic exploratores: *Maxima multitudo est, et nobis statura procerior: urbes magnæ, et ad cælum usque munitæ: filios Enacim vidimus ibi*. Ubi vulgatus, *seras ferreas*, Hebraicus textus habet, *beriach Nechoseth*, id est, *vectes ferreos*. Cùm autem hoc nomen, *sera*, latè pateat, et id significat, quod portas firmat, obstruitque, ne quis illas effringat, vel sine magno labore, aut molimine intra ipsas irrumpat, fit ut modò pro portarum claustris, modò pro repagulis, aut vectibus usurpetur. Aliæ fermè translationes à Vulgatâ, *vectes* transtulerant, sive, *repagula*. Erant autem murorum portæ ferreæ, quales nunc plurimæ sunt in arcibus, aut in civitatibus, quarum diligens est, fidelisque custodia. Aut certè ferreis intectæ laminis, aut sic firmatæ vectibus, ut neque effringi possint, neque revelli: sanè ad firmitatem contra catapultas et incendia, ipsæ quoque naves ad bellum constructæ navale laminis integebantur æreis. Æneid. lib. 8:

*In medio classes æratas, Actia bella.*

De æratis, aut ferratis portis multus apud antiquos sermo. Domus Priami portas habebat, seu postes ferratos, ut ex eo, quod est familiare in lautioribus, aut domibus, aut castris, finxit Maro lib. 2 Æneid.:

*Ipse inter primos arrèptâ dura bipenni,*

*Limina perrumpit, postesque à cardine vellit*

*Æratos.*

Belli præterea portas intectas fuisse ferro,

idem docuit Maro libro septimo Æneid., ubi sic de Junone:

*Impulit ipsa manu portas et, cardine verso,*

*Belli ferratos rupit Saturnia postes.*

Certè cùm Chananæorum currus ferrei dicuntur Josue cap. 17, v. 16, et Amos cap. 1, *plaustra ferrea*, non intelliguntur facta è solido ferro, sed laminis intectæ atque instructa ferreis. Quomodò 2 Reg. cap. 12, et 1 Paralip. cap. 20, vocantur, *ferrata carpenta*, sic etiam seræ ferreæ, aut vectes ferrei sunt, aut portæ è ferro bracteata. Si enim seræ sint portarum claustra, quomodò vulgus frequentius usurpat, nihil speciale, ac magnum hic audiremus, cùm seræ in privatis etiam, et vulgaribus domibus non nisi perquam rarò soleant esse ferreæ. (1)

VERS. 20. — JUDA ET ISRAEL INNUMERABILES, SICUT ARENA MARIS (2) IN MULTITUDINE: COMEDENTES, ET BIBENTES, ATQUE LETANTES. Ostendit hic, opinor, sacer historicus quanta fuerint Salomonis tempore commoda pacis, quæ tunc populus fruebatur, cùm infinita hominum multitudo lautè viveret, et epularetur splendide, et jam soluta metu vitam ageret securam et lætam, quæ eò videntur spectare, ut quis intelligat, quamvis tales fuerint sumptus in regiam mensam, quales statim describuntur, et illos suo quæque regio mense suppeditet, nihilominus non illis conferendis gravari populum, sed satis habere sibi, non solum ad usus necessarios, sed etiam ad luxum et delicias.

VERS. 21. — SALOMON AUTEM ERAT IN DITIONE SUA HABENS OMNIA REGNA A FLUMINE TERRÆ PHILISTIM USQUE AD TERMINUM ÆGYPTI OFFERENTIUM SIBI MUNERA. Sensus totius hujus clausulæ difficilis non est explicatio, atque connexio singulorum verborum obscurior. Nihil enim aliud sibi vult, quàm totam Israelitidem regionem subditam fuisse Salomonis imperio. In describendis verò terminis, quibus illa regio definitur, non satis ex verbis, ut à vulgato interprete redduntur, certa potest informari sententia. Neque enim apparet quisnam sit fluvius ille Philistim, qui ab eâ regione promissionis ter-

(1) VERS. 16. — IN BALOTH. Hebræus: *In Haloth*, vel in editis locis. Occurrit in 2 Paralipomenon 8, 6, *Balaath* inter urbes à Salomone conditas.

VERS. 19. — IN TERRA GALAAD, id est, reliquam regionem post urbes Jair, de quibus supra, v. 13. (Calmet.)

(2) Allegor. regni Salomonis felicitas representavit felicitatem summam regni Christi in Ecclesiâ per gratiam, in cælo per gloriam. (Corn. à Lap.)

S. S. X.

ram circumscribit, neque video alibi illius fluminis fieri mentionem. Ego in aliis non video quid mihi admodum satisfaciatur, neque ipse in meâ mihi cogitatione satisfacio. In eo conveniunt omnes, neque ego hic dissentio, adhiberi hic extremos terminos, qui promissionis terram definiunt, Euphratem videlicet, et fluvium Ægypti, qui Rhinocorura dicitur: hi enim fluvii Gen. 15, vers. 18, memorantur. Sic enim Deus ad Abraham: *Semini tuo dabo terram hanc à fluvio Ægypti, usque ad fluvium magnum Euphratem*. Ego duas hic solutiones invenio; eligat lector quam maluerit, nisi utramque rejiciendam putet. Altera est, hic assignari tres terminos terræ promissionis, alterum in Euphrate, alterum in Rhinocorura, alterum in regione Philistinorum, quæ regio maritima est, et tota littoralis, quam magnâ ex parte mare abluit Mediterraneum, quod in Scripturâ sacrâ mare sæpius appellatur Magnum. Hæc verò mari regio Israelitidem magnâ ex parte ab orientali plagâ concludit, et sæpè audimus mare Magnum, quod etiam vocatur mare novissimum, terminum esse terræ promissionis. Deut. 11, vers. 24: *Omnis locus, quem calcaverit pes vester, vester erit, à deserto, et à Libano, à flumine magno Euphrate usque ad mare Occidentale erunt termini vestri*. Josue 1, vers. 3: *A deserto, et Libano usque ad fluvium magnum Euphratem omnis terra Hebræorum usque ad mare Magnum contra solis occasum erit terminus vester*. Cùm ergo terra ponitur Philistinorum, perinde est, ac si mare poneretur Mediterraneum, quia, ut dixi, regio illa tota littoralis est. His positis, sic ego clausulam istam distinguo, ut illud, à flumine, à consequenti separarem, et terræ, novam orationem, seu propositionem exordiar, in hunc sensum. Habens omnia regna à flumine Euphrate, et à terrâ Philistim, id est, à mari Magno usque ad terminum Ægypti. Et quidem si benè notatæ sunt Hebraicæ voces, quas nunc habemus, necessariò est, illud, à flumine, à terrâ separandum, cùm vox *min hanahar*, non sit in statu regiminis. Tunc verò repetenda est ante terram, præpositio, *in*, in hunc sensum, à flumine, et à terrâ.

Sed huic explicationi minùs favet, quòd non est in editione Vulgatâ, *terra*, sed, *terræ*; fa-teor hoc isti explicationi adversari maximè: neque enim ullo modo deserenda vulgata translatio: nihilominus, quia non apparet ullus in Palæstinâ fluvius, qui statui possit à plagâ occidentali terræ promissæ terminus,

21

aliæ nobis explicationes tentandæ sunt. Forlassè vox *nahar* non solum fluvium, sed mare etiam significat, maximè Mediterraneum, quod Oceani magni comparatione nomen obtinet fluvii, et tunc Palæstinæ fluvius idem erit, ac mare Mediterraneum. Scio hæc minùs probatum iri curioso lectori, neque ego omninò probo, aut aliis persuadeo; sed nihil video ab aliis probabilius, expecto quid alii melius afferant, et sanè facient, quod ego lubens, et gratus accipiam.

USQUE AD TERMINUM ÆGYPTI. Terminus iste fluvius quidam est, qui ab australi plagâ promissam à Domino regionem definit. Non est autem Nilus, à quo quàm longissimè abest Israelis regio, sed fluvius alius exiguus, qui Rhinocorura, sive Rhinoculura dicitur à Septuaginta, quia juxta civitatem ejus nominis fluit. Vocatur item Sihor Ægypti, 1 Paralipomenon, 13, vers. 5 : *Congregavit ergo David cunctum Israelem à Sihor Ægypti usque dum ingrediatis Hemath.* Item torrens Ægypti, 2 Paralip. cap. 7, v. 8, et torrens deserti, Amos cap. 6, v. 15 : *Conteret vos ab introitu Hemath usque ad torrentem deserti.* (1)

(1) Confugiendum est ad textum originale, legendumque : *Salomon erat dominans in omnia regna à flumine (Euphrate) in terram Philistiim, usque ad terminum Ægypti.* Euphrates appellari solebat *fluvius* sine addito, fluebatque ad orientem regni Salomonis. Philistiim jacebant ad Mediterraneum et occidentem; Ægyptus ad meridiem. Tributa pendebant Salomoni regna Syriæ, Damasci, Moabitarum, et Ammonitarum, inter Euphratem et Mediterraneum sita. Explicationi huic planè fayet textus 2 Paralipomenon 9, 26. Sed collatis inter se v. 21 et 24 hujus capituli, alter ex altero exponendi videntur. V. 24 legimus, regnum Salomonis sese porrexisset à *Thapsa usque ad Gazam*; hic autem non ad Gazam modò, sed processisset dicitur etiam à *flumine*, vel torrente Philistiimorum, quo nomine designatur vel torrens Gazæ, vel Besor ultra Gazam, usque ad ramum maximè orientalem Nili. (Calmet.)

Il est écrit au troisième livre des Rois que les états de Salomon s'étendaient depuis l'Euphrate jusqu'à la frontière d'Égypte. A cette occasion, Voltaire s'écrie : « Je dirai hardiment que jamais Salomon, ni aucun prince juif, n'eut tous ces royaumes; je ne ménage point le mensonge, comme ont fait mes prédécesseurs (ces prédécesseurs ne sont autres que lui-même); mon indignation ne me permet pas cette lâche complaisance. Qui avait jamais entendu dire que les Juifs aient régné depuis l'Euphrate jusqu'à la Méditerranée? » Il est vrai que personne ne l'avait écrit avant ceux qui ont composé l'histoire contenue dans les livres des Rois et des Paralipomènes, qui, de l'aveu de notre critique, ont dû vivre pendant que le royaume des dix tribus subsistait, c'est-à-dire plus de 720 ans avant notre ère.

VERS. 22. — ERAT AUTEM CIBUS SALOMONIS PER DIES SINGULOS TRIGINTA CORI SIMILE, ET SEXAGINTA CORI FARINÆ (1). Hinc conjectare licet quàm prudenter domui suæ fuerit à Salomone consultum, dum duodecim regionibus regni Israelitici totidem præposuit viros, qui necessarios tam luculentæ familiæ, ac mensæ sumptus curarent, maximè cum in equos curules et equestres, quorum ingens erat numerus, non possent recusari magna rerum impendia. Erant autem quotidiani sumptus in cellâ et penu planè ingentes : triginta videlicet cori similæ, plures farinæ duplo. Corus, ut docuimus in nostris Commentariis super Ezechielem ad illud cap. 45, vers. 11 : *Ut capiat decimam partem cori batûs, et decimam partem cori Ephî.* Est autem corus mensura quædam, quæ tam liquida, quàm arida metitur. Quod sumitur ex

Depuis ce temps-là les écrivains, tant juifs que chrétiens, l'ont perpétuellement dit, et il ne s'est trouvé aucun auteur, soit juif soit païen, qui ait dit le contraire. Nos censeurs de l'Écriture connaissent-ils donc chez les Grecs ou chez les Romains des écrits, je ne dis pas plus anciens que les livres des Rois et des Paralipomènes, mais même qui en approchent? Les auteurs des mémoires qui composent le troisième livre des Rois et les trois quarts du second livre des Paralipomènes ont vécu dans cet intervalle; le fait est prouvé et avéré. Non contents de marquer en général l'Euphrate d'un côté, l'Égypte de l'autre, pour bornes de la domination de Salomon, ils ont spécifié sur l'Euphrate la ville de *Tapsa*, connue depuis sous le nom de *Tapsaque*, et à l'entrée de l'Égypte la ville de *Gaze*; ils s'accordent à marquer la fondation de *Thadmor* ou Palmyre, par Salomon, dans le désert de Syrie, à peu de distance de l'Euphrate.

(1) Voltaire, après avoir dit « qu'un roi juif était auprès d'un roi de Babylone, ce qu'était le roi de Corse Théodore auprès du roi d'Espagne, ou un roi d'Yvetot vis-à-vis d'un roi de France, » plaisante sur les *soixante dix mille muids de farine; et trente bœufs par jour*, qu'il suppose que Salomon consommait chaque jour pour sa table et celle de ses officiers, qu'il nourrissait, selon l'usage de l'Orient. Mais le texte ne dit rien de semblable, le voici : *Les vivres pour Salomon se montaient par jour à trente cores de fine fleur de farine; à soixante cores de farine commune, à dix bœufs gras, à vingt bœufs de pâturages, à cent moutons, sans y comprendre la venaison et la volaille.* Le core contenait près de deux septiers, mesure de Paris; les trente cores de fleur de farine faisaient dix muids onze septiers trois boisseaux, et les soixante cores de farine commune donnaient vingt-et-un muids dix septiers et une mine. Voilà les *soixante-dix mille muids de farine réduits à trente-deux muids.* Et que les partisans de Voltaire ne mettent pas une erreur si exorbitante sur le compte de l'imprimeur : nous l'avons trouvée en toutes lettres dans deux éditions différentes. (Duclos.)

Ezechiele supra v. 13 : *Sexam partem Ephî de coro frumenti, et sextam partem Ephî de coro hordei : mensura quoque olei, batus olei decima pars cori est.* Corus Hebr. *chomar*, quod acervum significat; quare nullum est vas, quod tantum capiat, mensuræve, quantum cori nomen importat. Sicut nulla est pecunia, quæ talenti valorem adæquet, sed est potius quædam ingens pecuniarum summa. Neque apud Hispanos ulla mensura est, quæ dicatur *Calix*, sed est summa, seu acervus frumenti, qui duodecies implet Hispanicam fanecam. Sic corus summa quædam est omni vase mensorio capaciore, quæ cum metitur arida, ephi, cum liquida, batus decies complet. Quantum tamen capiat corus divinent alii, quibuscum nobis etiam est divinandum. Quidam eorum tantum capere, aut numerare putant, quantum camelus, alii quantum asinus portare possit, et ideo asinum dictum esse credunt *chamor*, quia illi הכמר unus, id est, corus unus, pondus est. Josephus lib. 15 Antiq. cap. 12, decem Atticos medimnos uno coro contineri existimat. In re usque ad eam incertâ placet, quod Hieronymo placuit in prædictum Ezechielis locum, et Levit. 27, v. 26; Isai. 5, v. 10, ubi pro coro vertit, *modios triginta.* Quod etiam opinatur Epiphanius lib. de ponderibus, et addit eorum onus esse camelis, in quam sententiam magis inclinat Mariana libro de ponderibus et mensuris cap. 10. Quod si modius duos Hispanicos celemines implet, efficitur eorum quinque fanecarum mensuram implere. Alii aliquid dicunt amplius, quæ de re alii pluribus; mihi pro meo instituto in præsentia satis. Quare similæ centum et quinquaginta, farinæ trecentæ fanecæ in regiam mensam quotidie impendebantur. Simila flos est farinæ, ut ab Hispanis dicitur, id est, quod è farinâ magis est delicatum ac purum, farina dicitur, aut quod reliquum est extractâ similâ, aut certè ex quâ nihil est ad aliorum delicias è culmo deductum, et id potius.

VERS. 23. — DECIM BOVES PINGUES, ET VIGINTI BOVES PASCUALES. Bovès pingues illi dicuntur, qui peculiari aliquo studio ad mensarum delicias, et morosam potentiorum gulam saginantur, qualis erat saginatus ille vitulus, que pater filium perditum post longos errores lætus excepit, Lucæ cap. 15. Pascuales verò, qui assumentur è pascuis, quales sunt communitè illi, quibus populariter vescuntur homines, et qui non tam delicias, quàm alimenta captant, qualis erat vitulus, quem occidit mulier Pytho-

nissa, ut Saulem penè exanimatum reficeret; et quo Abraham tribus Angelis convivium instruxit hospitale : illa enim vitulum pascuale occidisse dicitur lib. 4, cap. 28, v. 14; hic verò de armento vitulum è pascuis assumpsisse Gen. 18, cap. 7. Quibus addebat arietes centum, præter alia plurima, quæ venationis nomine significantur, quales sunt cervi, capræ, dorcades, bubali et aves, quæ captæ sunt aucupio. Nam et hæc omnes venationis nomine continentur; et ad hæc aves altilles, id est, quæ præcipuo quodam studio, atque artificio pinguescunt. Ubi Vulgatus *bubalus*, Hebr. est *iachmur*, cujus vocis significatio obscura; Hieronymus tam hic, quàm Deut. cap. 14, v. 5, bubalum reddit, quod genus bovis est agrestis, quod jam cicuratum est, et sub jugum ad opus rusticum actum. Alii è genere caprarum faciunt, quæ sunt dorcades, et ibices, et quæ rupicolæ vocantur. Aves altilles Hebræicè *barburim*, quæ sunt juxta suum præsepe, ubi semper habent paratam escam, sive in caveâ, sive in alio laxiori quidem loco, inclusæ tamen. Quidam capones esse credunt, quibus execto libidinis ardore, tenerior est multò atque suavior caro.

VERS. 24. — IPSE ENIM OBTINEBAT OMNEM REGIONEM, QUÆ ERAT TRANS FLUVIUM A THAPSA USQUE AD GAZAM. Quo loco sit Thapsa, nihil habemus ex Scripturâ certum, neque aliquid de hæc civitate apud interpretes invenio; tantum habemus 4 Regum 15, Thapsam à Manahem fuisse vehementer afflictam, ubi ostenditur illam non abesse longius à Thersâ. Quod si ita esset, non admodum patebat latè regnum Salomonis, cum inter Thapsam et Gazam non multum esset interjectum spatium. Quare arbitrator aliam esse Thapsam in extremis finibus terræ promissionis; et fortasse intra, suo complexu, provincias continebat alias, quas sibi David fecerat vectigales, quæque Salomoni tributa ex foedere pendebant. Quod autem illa Thapsa, de quâ lib. 4 Regum, diversa sit ab hæc, videtur verisimile, quia hæc dicitur esse trans fluvium; illi autem alteri, si fuit vicina atque subjecta Thersæ, convenire non potuit, quia neque fuit trans flumen, sive Euphratem intelligas, sive Jordanem, cum Thersa esset in finibus Israel, et caput olim decem tribuum; neque procul à Silo, 5 Reg. cap. 14, v. 2, et Josue c. 12, vers. 24, cum illis civitatibus numeratur, quæ erant intra definitos terminos Israel, quæ tunc dicebantur trans Jordanem, quia reverà cum ex Ægypto et deserto in ter-

ram promissionis castra moverent. trans Jordanem erant, neque in terram illam ingressi sunt, nisi Jordane transmissio. Atque ideò cum illis civitatibus connumeratur, quas esse in terrâ promissionis dubitare potest nemo. Adrichomius Thapsam in eâ parte tribus Manasse constituit, quæ est intra Jordanem. Abulensis in lib. 4 Reg. cap. 15, q. 22, in parte septentrionali statuit extrema terræ promissionis. Sanè nihil est certum. Esse ultra Jordanem, et pertinere ad illas tribus quæ ultra Jordanem subsistere in regione Galaad, ex eo fit probabile, quia statim alii reges externi, in eadem regione, trans Jordanem nimirum, esse dicuntur, hi verò sunt Syri, Ammonitæ, Moabitæ, et Idumæi. Illud mihi verisimile, quocumque loco hanc urbem sitam esse putes, pertinere ad terminos Israel, provinciasque non fœderatas, sed subjectas Salomonis imperio. Hæc enim omnia, quæ in regni domus sumptus conferebantur, ab illis curabantur duodecim præfectis, quos totidem Israelitici imperii provinciis præposuit Salomon; suppeditari autem ab eo imperio facile posse ad tot impensas necessaria, ex eo probat, quia à Thapsa ad Gazam usque patebat Salomonis dominatus.

Quare non placet Josephus lib. 8 Antiq. cap. 2, qui hos sumptus conferri dicit ex barbaris, fœderatisque populis, quos David sibi, Salomonique filio reddidit vectigales pro alios præfectos, quos in eam curam rex ipse constituit, quod cum Scripturâ sacrâ nullo modo concinit, quæ præfectos dicit à rege constitutos pro regio penu, et provincias nominat, unde ad illos sumptus necessaria mittebantur. Sic autem ibi Josephus, postquam de præfectis egerat, de quibus supra vers. 7: « Erant præterea regi alii præfecti, qui Syriorum, cæterorumque barbarorum Euphratem inter et Ægyptum incolentium gubernabant regiones, tributa ex eis colligendo. Hi barbari conferebant in quotidianos regni mensæ sumptus simillæ coros triginta, farina sexaginta: saginatos boves decem, et pascales viginti: et saginatos agnos centum, præter capturas venationum, quæ constabant cervis, ac bubalis, præterque aves, et pisces. » Scio à fœderatis populis conferri plurima, verum illa, aut in extraordinarias mensarum impensas, aut in templi et sacrificiorum sumptus, aut alias substructiones ædificiorum, aut ornamentorum nitorem, et gloriam impendi potuerunt. Neque enim omnem regum, lauto-

rumque hominum censum solus venter absomit. Quantum regis opibus ex externorum sive tributis, sive muneribus accesserit, dicemus suis locis. Interim vide 3 Reg. 10, versiculo 15 et 24, et 2 Paralipomenon 9, vers. 1.

ET CUNCTOS REGES ILLARUM REGIONUM. Nempe, quæ erant trans flumen, puta Ammonitarum, Moabitarum, Idumæorum, Syriæ, Damasci et alios, quos subjugavit David, fecitque tributarios, de quibus libro secundo Reg. capite octavo. Hæ enim regiones ultra Jordanem sunt, atque vicinæ tribui Gad et Ruben, et dimidiæ tribui Manasse, quæ separatæ ab aliis ultra Jordanem consederunt. Obtinebat autem Salomon reges illos, alio, quàm provincias Israelitidas, jure, non ita ut illos moderaretur, aut in officio honorum civium, aut in Hebræorum religione contineret, sed ut ab illis stata et certa ex pacto exigeret vectigalia, et ad alia præstanda tunc ex pacto compelleret, quando publica ratio, et legitimus usus postularet.

VERS. 26. — ET HABEBAT SALOMON QUADRAGINTA MILLIA PRÆSEPIA EQUORUM CURRILUM, ET DUODECIM MILLIA EQUESTRIUM (1). Curriles, seu etiam cu-

(1) « Les quarante mille écuries de Salomon, dit Voltaire, ne sont pas de trop après les quatre-vingt-dix mille muids de farine. » C'est ce que nous lisons encore en deux éditions, et voilà quatre-vingt-dix mille muids, au lieu de soixante-dix mille. Nous verrons tout à l'heure que quarante mille écuries pourraient être de trop, après trente-deux muids que donnent l'hébreu et toutes les versions. Nous devons auparavant rendre compte de ce que le critique a avancé sur ce sujet dans ses autres productions.

« Salomon, dit-il, avait quarante mille écuries et autant de remises pour ses chariots, douze mille écuries pour sa cavalerie, etc. Les commentateurs avouent que ces faits ont besoin d'explication, et ont soupçonné quelque erreur de chiffre dans les copistes, qui seuls ont pu se tromper. »

« Salomon, dit-il encore, selon le troisième livre des Rois, avait quarante mille écuries pour les chevaux de ses chariots. Quand chaque écurie n'aurait contenu que dix chevaux, cela n'aurait composé que le nombre de 400,000, qui, joints à ses douze mille de selle, eût fait 412,000 chevaux de bataille. C'est beaucoup pour un melk juif qui ne fit jamais la guerre. Cette magnificence n'a guère d'exemple dans un pays qui ne nourrit que des ânes, et où il n'y a pas aujourd'hui d'autre monture; mais apparemment que les temps sont changés, etc. »

Ces plaisanteries pourraient bien aboutir à faire rire les lecteurs réfléchis aux dépens du railleur, quand ils sauront qu'il a traduit le passage qu'il nous objecte sur le latin de la Vulgate, et non sur le texte original, et que ce

rules appellantur equi, qui aliter etiam dicuntur jugales, quia juga subeunt et currus trahunt. Sed certè si tantum pro curribus, quadrigive copiosus iste numerus comparetur, nimius

latin même, il ne l'entend pas; qu'il y met des remises que personne n'y a jamais vues; qu'il prend des écuries pour des chevaux, etc.

1° Voltaire a traduit sur la Vulgate, ce qui est très-mal; car, quand on critique un auteur, il ne faut pas le juger d'après une version défectueuse. Or telle est, selon lui, la Vulgate. 2° Mais le latin même de la Vulgate, nous disons que Voltaire ne l'entend pas. Nous convenons qu'on y peut trouver avec lui, en se trompant comme lui, que Salomon avait quarante mille écuries pour les chevaux de ses chariots. Mais, quelque effort qu'on fasse, il est impossible d'y trouver autant de remises. Ces 40,000 remises sont de la fabrique du critique; il n'y en a pas la plus légère trace dans le latin, non plus que dans l'hébreu. L'écriture ne donne nulle part à Salomon plus de quatorze cents chariots; Josèphe n'en compte pas davantage, et jamais on ne put avoir besoin de 40,000 remises pour loger 1,400 chariots; 3° Voltaire n'est pas plus heureux en traduisant la suite du passage, et duodecim millia equestrium. Ces mots signifient, selon lui (Mélanges), douze mille écuries, et selon lui, douze mille chevaux. N'est-ce pas là prendre les écuries pour les chevaux, ou les chevaux pour les écuries?

Que si l'on suppose avec lui ces douze mille écuries de dix chevaux chaque, on aura le nombre de 120,000 chevaux de selle, qui, joints aux 400,000 des chariots, feront 520,000 chevaux de bataille; calcul qui contredit celui du Dictionnaire philosophique; il n'y a qu'une différence de 108,000 chevaux. 4° Ce n'est pas tout: outre les douze mille écuries que Voltaire donne à Salomon pour ses douze mille chevaux de selle (il a été apparemment que chaque cheval de Salomon avait son écurie à part, et ceci ne s'accorde guère avec sa supposition que chaque écurie devait au moins contenir dix chevaux), il lui accorde en outre quarante mille écuries pour les chevaux de ses chariots. C'est ainsi qu'il traduit la Vulgate. Mais est-ce bien là ce qu'il faut entendre par le præsepiæ de l'auteur de cette version? tout le monde n'en convient pas. Du moins est-il certain que le terme hébreu signifie plus exactement des crèches, des places ou des séparations qu'on forme dans les grandes écuries avec des poteaux et des perches, et dont chacune sert de logement à un cheval.

Enfin le calcul du troisième livre des Rois, dans le latin comme dans l'hébreu, diffère de celui des Paralipomènes. Les Paralipomènes disent que Salomon avait quatre mille chevaux de chariots dans ses écuries, et douze mille de cavalerie. Non seulement les deux textes diffèrent; mais plusieurs des anciennes versions ne s'accordent ni avec l'hébreu ni entre elles, comme entr'autres la version des Septante. Ces différences, l'opposition frappante entre les textes, l'in vraisemblance de calcul du troisième livre des Rois, tout cela n'annonce-t-il pas visiblement quelque altération due aux

apparet, cum lib. 2 Paralipomenon, capite 1, versiculo 14, habuisse dicatur Salomon minorem curruum numerum, quàm ut illi tot equi curriles necessarii sint. Et facti sunt et mille quadringenti currus. Pro quorum singulis, etiamsi quaternos constituas, quot habent, quæ dicuntur quadrigæ, quarum in Scripturâ nomen sæpius occurrit, his quinque millium et sexcentorum equorum numerus sufficet. Responderi posset tot equos ali à Salomone, non quia tot essent pro quadrigarum numero necessarii, sed quia curruum onus grave est, et facile equi ab eâ vectatione lassantur; voluit Salomon, ut alii essent, qui integri fessis, laborantibusque succederent. Ita putat Abulensis quæst. 7. Sed dici meo iudicio posset longè verisimilius, quod putat Pineda in suo prævio Salomone libro quinto, capite 9. Quod priusquam explico, observo, sicut in asinorum genere duas observamus sive condiciones,

copistes? altération très-aisée, quand même ces calculs auraient été écrits en toutes lettres, plus aisé encore, s'ils étaient écrits en lettres numériques. Rien donc de plus vrai que ce que Voltaire a ajouté en raillant, qu'eux seuls (les copistes) ont pu se tromper. Aussi la plupart des plus savants critiques, soit juifs, soit chrétiens, réduisent à douze mille les chevaux de la cavalerie de Salomon, et à quatre mille les chevaux de ses chariots.

Nous demandons à présent s'il était impossible à ce prince d'entretenir seize mille chevaux, et même plus de cinquante mille. Outre la Palestine, la Syrie, etc., Salomon était maître en partie de l'Arabie-Pétrée et de l'Arabie-Déserte. Qui ignore que dans ce pays les chevaux ne sont pas rares, qu'ils y sont excellents, qu'ils sont un des grands objets du commerce, etc.? Si les chevaux furent moins communs dans la Palestine, c'est que la religion et la politique n'en permettaient pas le fréquent usage. Nous disons la religion: le savant Sherloek a prouvé (Traité de l'usage et de la fin des prophéties) qu'un motif de religion entraînait dans la défense faite aux Hébreux de multiplier leurs chevaux. Moïse voulait que dans les batailles les Hébreux missent leur confiance au Seigneur, et non dans la multitude de leurs chevaux et de leurs chariots de guerre: *Hi in curribus et in equis, nos autem in nomine Domini. La raison politique* était que dans un pays comme la Palestine, une trop grande quantité de chevaux pouvait nuire à la population. Cette politique est encore aujourd'hui celle de la Chine. Combien de pays où l'on se plaint tous les jours que la multitude des chevaux enlève la subsistance des hommes? Mais tout cela n'empêche pas que la Palestine ne pût nourrir des chevaux en quantité; et si Voltaire s'est imaginé que ce pays ne nourrit plus que des ânes, il est dans l'erreur: qu'il lise les voyageurs modernes et il apprendra que les chevaux ne sont pas une monture inconnue. (Duclot.)